



Reverendiss^{mo} ac
HONO
 rabiliss^{imo} Rectori
 Dⁿⁱ Eccl^{ie} Campid^{ani}
 Rom^{ae} Imper^{ialis} Archi-
 electus XVI Kal^{endas}
 consecrat^{us} XIV Kal^{endas}

Gal^{licus} D^{omi}nus
R I U S
 de Sch^{er}rebeckens^{is}
 Ab^{bas} S^{an}c^ti B^{er}n^{ard}i Aug^{ustini}
 Mareschallus de Au-
 bur^go ann^o MDCC^{XX}
 Octob^{ris} ann^o quatuor

J. Wandelaar sculp. A. 91

REMIGII MASCHAT

A S. ERASMO

ET

JOANNIS WALBRECHT A S. ANTONIO

E SCHOLIS PIIS

RESOLUTIONES
QUÆSTIONUM

AMPLIUS DC.

IN UTROQUE JURE CONTROVERSARUM

ALIAS

SPARSIM, ET PER INTERVALLA EDITÆ,

NUNC SIMUL COLLECTÆ, RECENSITÆ, IN
ORDINEMQUE REDACTÆ

PER

P. DONATUM HOFMANN

A TRANSFIGURATIONE DOMINI EX IISDEM
SCHOLIS PIIS.

OPUS DIU, ET A MULTIS EXPETITUM,

AC JURIS UTRIUSQUE TAM CONSULTIS, QUAM STUDIOIS
MAGNO, QUEM PRÆFATIO INDICABIT, USUI FUTURUM.

PARS PRIOR,

Complectens Resolutiones civiles Remigii Ordine

Institutionum Justinian. Imp.

SUPERIORUM PERMISSU.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.

IMPENSIS MATTHÆI RIEGER BIBLIOPOLÆ. ANNO MDCCLXII.



Reverendissimo ac Celsissimo

DOMINO DOMINO

HONORIO

DUCALIS ECCLESIAE CAMPIDONENSIS
ABBATI, S. R. I. PRINCIPI,

AUGUSTISSIMAE ROMANORUM IMPERATRICIS
ARCHI-MARESCHALLO

PRINCIPI, AC DOMINO
CLEMENTISSIMO

DONATUS HOFMANN A TRANSFIGURATIONE DOMINI,
SALUTEM ET FELICITATEM.

DEbeatur TIBI HONORI PRINCEPS, ex illo statim die, quo uno abhinc anno, & quod excurrit, dignitatis TUAE fastigium, consentientibus ad unum omnibus Nobilissimi Asceterii TUI Electoribus conscendisti; debebatur, inquam, TIBI peculiare aliquod a me munus syncharisticum, quo equidem, servorum alioquin TUORUM infimus, tum communis lætitiæ partem haud mediocrem ad me pertinere significarem, tum suavissimum illud severiorum studiorum commercium, quo TECUM mihi annos amplius sep-



DISPUTATIO I.

De Primordiis Juris.

Pro hac Disputatione relegenda sunt Jura: ex Institutionibus *libr. 1. tit. 1. 2.* ex Pandectis *libr. 1. tit. 1. 2. 3. 4.* ex Codice *libr. 1. tit. 14. usque ad 18.* uti & Proemia horum Voluminum. Ex Jure Can. *Dist. 1. 2. 3. 4. 8. 9. 13.*

CONTROVERSIA I.

An Jurisprudencia sit vera Scientia?

Negativum sustinent Hunnius, Sutorius, Scribonius, & alii dicentes Jurisprudenciae praecipua neque in certum systema reduci, neque infallibilitatem scientificam habere posse. Sed communis DD. oppositam tenent, cum quibus

RESOLUTIO EST AFFIRMANS.

Prob. ex *pr. Inst. de J. & J.* ubi Imperator ex Ulp. *l. 10. ff. eod.* definiens Jurisprudenciam ait: *Jurisprudencia est divinarum, atque humanarum rerum notitia, justis, atque injustis Scientia.* & *l. 1. §. 1. ff. eod.* vocatur vera Philosophia, ibi: *Veram Philosophiam, non simulatam affectantes.* & *l. 2. §. 35. ff. de orig. Jur.* Pomponius, *Juris Civilis*, inquit, *Scientiam plurimi, & maximi Viri professi sunt.* Ratio est, quia ad Scientiam requiritur, & sufficit habere principia infallibilia, & ex his demonstrative conclusiones deducere, sed Jurisprudencia utrumque hoc requisitum habet: nam

1. principia illius sunt infallibilia scilicet Jura naturalia, in quibus omnes leges fundantur hoc nixae principio: *Justa legi parendum est.* 2. deducit conclusiones scientificas v. g. legem esse obligatoriam, quia est rationabile praecipuum Superioris; usucapiones esse licitas, quia bonum publicum praefendum est privato; testamentum imperfectum non esse obligatorium, quia invalidatur a Jure &c. ergo.

Obj. 1. Opus desperatum est redigere praecipua Civilia in systema artificiosum, & scientificum: hoc enim neque Imperator post tot labores affectus